

PENSAMIENTOS, MÁXIMAS Y SENTENCIAS

ENTRESACADAS DE LAS OBRAS DE CICERÓN Y OTROS ESCRITORES DE LA
MÁS PURA LATINIDAD.

Quis est tam vecors¹, qui, cum in cœlum suspexerit², non sentiat Deum esse?³ Cic.

Ex tot generibus animalium nullum est præter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei; ipsisque in hominibus nulla gens est, neque tan immansueta, neque tan fera⁴, quæ non, etiamsi ignoret qualem Deum habere deceat, tamen habendum sciat. Cic.

Pulchritudo mundi, ordo rerum cœlestium, conversio solis, lunæ, siderumque omnium indicant satis aspectu ipso⁵ ea omnia non esse fortuita; et cogunt nos confiteri naturam esse aliquam præstantem, æternamque⁶, quæ sit admiranda humano generi. Cic.

An verò⁷ si domum magnam, pulchramque vidēris, non possis addūci⁸, ut, etiamsi Dominum non videas, muribus illam et mus-

INTERPRETACIÓN Y ANÁLISIS. 1. *Tam vecors*, tan insensato. (La partícula *ve* en composición es privativa. *Vecors* vale tanto como *sine corde*; *vesanus* es igual á *non sanus*, *malè sanus*, etc.)

2. *Suspexerit*. (Este verbo se emplea aquí con suma propiedad. Vide, not. 4, pág. 10.)

3. *Deum esse?*, que hay un Dios? (Cuando el verbo *esse* no tiene atributo ni complemento, significa *haber ó existir*.)

4. *Neque tan immansueta neque tam fera*, tan bárbara ni tan salvaje. (*Immansuetus* se dice por falta de civilización; *ferus*, por la condición natural. A *mansuetus* se opone *acerbus*; el contrario de *ferus* es *mitis*.)

5. *Aspectu ipso*, con sólo mirarlas.

6. *Præstantem, æternamque*, suprema y eterna.

7. *An verò*, ¿conque es bueno que... (Verò precedida de *an* en las preguntas, sirve para reforzar un argumento *a fortiori*.)

8. *Non possis adduci ut... putes*, nunca podrás llegar á figurarte...

tellis ædificatum putes; tantum verò¹ ornatum mundi, tantam varietatem, pulchritudinemque rerum cœlestium, tantam vim et magnitudinem maris atque terrarum, si tuum, ac non Dei immortalis domicilium putes, ¿nonne planè desipere videare?² Cic.

Nequãquam in republica bene morata³ tolerandæ disputatiões contra Deum, et ejus providentiam. Mala enim est consuetudo disputandi contra Deum, sive id ex animo fiat, sive simulatè. Cic.

¿Quare Deus optimum quemque⁴ aut mala valetudine, aut luctu, aut incommòdis afficit?..... Hanc rationem Deus sequitur in bonis viris, quam in discipulis suis præceptores, qui plus laboris ab iis exigunt, in quibus certior spes est. Sen.

Prope Deus est, tecum est, intus est. Sacer intra nos Spiritus sedet, bonorum, malorum nostrorum observator et custos..... Hic, prout a nobis tractatur, ita et nos tractat ipse. Sen.

Lento gradu ad vindictam sui⁵ divina procedit ira, tarditatemque supplicii gravitate compensat. Val. Max.

Multi famam, pauci conscientiam verentur. Plin. Jun.

1. *Verò*. (Esta conjunción es aquí de grande efecto, y sirve para contraponer las ideas del segundo miembro con las del primero. Se corresponde por la castellana *y*.)

2. *Nonne planè desipere videare?* no parecerás un loco rematado? (En las preguntas en que uno consulta consigo mismo ó con otro deliberando sobre una cosa, reemplaza elegantemente el presente de subjuntivo al futuro de indicativo. "Ubi istum invenias, qui honorem amici anteponat suo?," Cic. Estas maneras de decir envuelven una idea de duda, la cual desaparece, sin embargo, en la frase que acabamos de traducir porque el *nonne* supone una respuesta afirmativa. V. n. 2. pág. 25, y n. 1, pág. 107.)

3. *Bene morata* morigerada. (*Morata*, es simplemente un adjetivo, cuya raíz es *mos*, la costumbre; á diferencia de *moratus*, deteniéndose, participio de *moror*, cuya raíz es *mora*, la tardanza.)

4. *Optimum quemque officit*, aflige á los más justos. (*Quisque* en correspondencia con un superlativo, constituye un latinismo que no puede traducirse á la letra: *Optimus quisque*, todos los mejores: *prudentissimus quisque*, todos los más prudentes: *sapientissimus quisque*, todos los más sabios, etc.)

5. *Sui*. (Este genitivo está tomado pasivamente: pudo, no obstante, decir *ad vindictam suam*, sin alterar el concepto.)

Vetas me cœlo interesse? Jubes me vivere, capite demisso? Major sum ¹, et ad majora genitus, quam ut mancipium sim mei corporis, quod equidem non aliter aspicio, quam vinculum aliquod libertati meæ circumdātum. *Sen.*

Principes boni veto quidem expetendi; qualescumque tamen ² tolerandi. *Tacit.*

Non est Princeps supra leges, sed leges supra Principem. *Plin. Jun.*

Semper justum est bellum quibus ³ omnino necessarium: semper pia arma, quibus nulla nisi in armis spes vitæ posita est, omnibus aliis rebus ⁴ æquis et justis tentatis et oblatiis. *Tit. Liv.*

Magna militaris scientiæ pars est observare hostis imprudentiam ac temeritatem, eaque ⁵ ad suum commōdum et victoriam uti. *Tac.*

Si vis vacare animo ⁶, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis. Non potest studium salutare esse sine frugalitatis cura. Frugalitas autem paupertas est voluntaria. *Sen.*

1. *Major sum... quam ut...*, soy demasiado grande... para... (El comparativo seguido de *quam ut* y subjuntivo, se traduce por *demasiado, muy*; y el *quam ut* siguiente con el romance *para*. Este es un modismo muy frecuente, y no puede traducirse á la letra.)
2. *Qualescumque tamen sint*, pero como quiera que sean.
3. *Quibus omnino necessarium*, para aquellos á quienes no queda otro recurso. (Falta el antecedente del relativo: *illis gentibus*.)
4. *Omnibus aliis rebus æquis et justis tentatis et oblatiis*, después de haber probado y ensayado todos los demás medios lícitos y justos. *Æquitas* es la justicia natural, *justitia*, la que se funda en las leyes. De aquí la diferencia entre *justum* y *æquum*.)
5. *Eaque uti*, y aprovecharse de ella. (La significación fundamental de *utor* es *usar*; pero se toma en otras acepciones según el espíritu de la frase: "*Adversis ventis usi sumus*," tuvimos vientos contrarios: "*Utor familiariter Antonio*," soy amigo de Antonio: "*Utetur me facili patre*," será un padre indulgente para él, etc.)
6. *Vacare animo*, cultivar tu espíritu. (*Animo* es dativo. Cuando el verbo *vacare* lleva ablativo por complemento, significa lo contrario: *Vacare sapientiæ*, darse, entregarse á la sabiduría: *Vacare sapientiæ*, carecer de ella.)

Cujusvis est errare: nullius nisi insipientis, in errore perseverare; posteriores enim cogitationes sapientiores solent esse. *Cic.*

Inter hominem et belluam [hoc maximè interest ¹, quod hæc tantum ², quantum sensu movetur, ad id solum, quod adest quodque præsens est, se accommodat, paululum admōdum ³ sentiens præteritum aut futurum. Homo autem facillè totius vitæ cursum videt, ad eamqueingendam præparat res necessarias. *Cic.*

Omnes trahimur et ducimur ad cognitionis et scientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus ⁴; labi autem, errare, necire, decipi, et malum, et turpe ⁵ ducimus. *Cic.*

Duobus modis, aut vi, aut fraude, fit injuria: fraus quasi vulpeculæ; vis leonis videtur: utrumque homine alienissimum ⁶; sed fraus odio digna majore. *Cic.*

Videndum est, ut eâ liberalitate utamur, quæ prosit amicis, noceat nemini. Nihil est enim liberale, quod non idem justum ⁷. *Cic.*

Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares; sed omnes omnium charitates patria una complexa est; pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere ⁸, si ei sit profuturus? Quò est detestabilior

1. *Hoc maximè interest*, hay la gran diferencia.
2. *Quod hæc tantum*, etc., de que ésta sólo atiende á lo presente, á lo que tiene delante, en aquel grado en que la mueven hacia ello los sentidos.
3. *Paululum admōdum*, muy poco.
4. *In qua excellere putamus pulchrum*, miramos como una cosa honrosa distinguirnos por nuestra ilustración.
5. *Et malum et turpe*, como una desgracia, como una vergüenza.
6. *Alienissimum homine*, muy indigno de un hombre.
7. *Quod non idem justum*, que no sea también justo. (El adjetivo *idem* equivale muchas veces á *etiam*: "*Huic conjuncta est benevolentia, quam eamdem vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet*," *Cic.*)
8. *Quis bonus dubitet oppetere mortem, si profuturus sit ei?* ¿qué buen ciudadano dudará morir, si con esto ha de ser útil á su patria? (*Dubitet*, subjuntivo, está en lugar de *dubitavit*, futuro. Vid. not. 2, página 125. *Oppetere mortem*, significa generalmente morir, no de muerte natural, sino violenta y gloriosa; á veces lleva tácito el complemento. Lo mismo sucede con el verbo *obire*. Así se dice: *Petrus obiit*, ú *obiit mortem*. Dice *ei*, por referirse á *patria: sibi* haría relación á *bonus civis*.)

istorum immanitas ¹, qui lacerarunt omni scelere patriam, et in ea funditus delenda occupati et sunt, et fuerunt. *Cic.*

Ea animi elatio ², quæ cernitur in periculis, si iustitiâ vacat ³, pugnatque non pro salute communi, sed pro suis commodis, in vitio est ⁴. Quocirca nemo, qui fortitudinis gloriam consequutus est insidiis et malitiâ, laudem est adeptus ⁵: nihil enim honestum esse potest, quod iustitiâ vacat. *Cic.*

Pecuniæ fugienda cupiditas: nihil est enim tam angusti animi, tamque parvi ⁶, quam amare divitias: nihil honestius, magnificentiusque, quam pecuniam contemnere, si non habeas; si habeas, ad beneficentiam, liberalitatemque conferre. *Cic.*

Noli pecuniam concupiscere. Hæc est, quæ auget discordiam, urbes et terrarum orbem in bellum agit, humanum genus, cognatum naturâ, in fraudes, et scelera mutua instigat: hæc est, quæ senes corrumpit. *Sen.*

1. *Immanitas istorum*, la barbarie de esos hombres. (El adjetivo *iste* se toma muy frecuentemente en mala parte, envolviendo una idea de menosprecio.)

2. *Elatio animi*, grandeza de alma.

3. *Si vacat iustitiâ*, si no está acompañada de la justicia. (Véase con respecto á este verbo la nota 6, pág. 126.)

4. *In vitio est*, se toma en mal sentido.

5. *Nemo, qui consequutus est gloriam fortitudinis insidiis et malitiâ, adeptus est laudem*, el que adquiere la fama de magnánimo por medios insidiosos y reprobados, no consigue la verdadera gloria. (*Consequi*, es alcanzar lo que huye, y por extensión, conseguir una cosa: *adipisci*, alcanzar lo que se desea. El primero puede tomarse en buena ó mala parte: el segundo casi siempre se usa en buen sentido. *Gloria* y *laus* suelen usarse como palabras sinónimas: *gloria* designa el honor ó fama que resulta de las buenas acciones ó grandes calidades: *laus*, lo justo y merecido de ese mismo honor y fama. De aquí es que lo segundo supone siempre lo primero, y no al contrario. La gloria puede ser vana: *inanis gloria, vana gloria; laus* nunca puede echarse á mala parte.)

6. *Nihil es animi tam angusti, tamque parvi*, nada prueba tanto una alma mezquina y apocada. (El verbo *sum* lleva por complemento un genitivo cuando designa una idea de pertenencia ó posesión, como aquí; más este caso pende siempre de una palabra oculta. *Nihil est animi*, esto es, *tam proprium animi*, etc.)

Quis est pauper? qui sibi videtur. Panem et aquam natura desiderat: nemo ad hæc pauper est. Qui paupertatem timet, timendus est. Ob hoc unum ¹ amanda est paupertas, quod a quibus amaris ostendit. *Sen.*

Quid est optabilius sapientiâ? quid præstantius? quid homini melius? quid homine dignius? Hanc igitur qui expetunt ², philosophi nominantur: nec quidquam aliud est philosophia, quam studium sapientiæ. *Cic.*

Lauda parvè, vituperà parcius: similiter enim reprehensibilis nimia laudatio, immoderata vituperatio; illa siquidem ³ adulatione, ista malignitate suspecta est: testimonium veritati, non amicitiae reddas. *Sen.*

Nihil est profecto præstabilius, quam planè intelligi nos ad justitiam esse natos; neque opinione, sed natura constitutum esse jus ⁴. *Cic.*

¡Quam subtiliter Anacharsis leges aranearum telis comparabat! Nam ut illas infirmiora animalia retinere, valentiora transmittere; ita hic humiles ⁵ et pauperes constringi, divites et prepotentes ⁶ non alligari videmus. *Val. Max.*

¿Quid est homo? imbecillum corpus, et fragile, nudum, suapte naturâ inerme, alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contu-

1. *Ob hoc unum... quod ostendit*, etc., porque pone de manifiesto, etc. (Vid. not. 2, pág. 56.)

2. *Hanc qui expetunt*, los que de veras la buscan. (Nótese la fuerza que da al verbo la preposición componente: *expetere* es desear una cosa con ahinco, con ansia, con vehemencia.)

3. *Illam siquidem*, etc., porque puede sospecharse que en la primera hay adulación y en la segunda malignidad.

4. *Neque jus constitutum esse opinione, sed natura*, y que no es la opinión, sino la naturaleza, el fundamento de la justicia. (*Jus* se dice de la ley natural no escrita, eterna é invariable; *lex*, de la escrita y fijada. *Jus* y *fas* designan la misma idea fundamental: el primero con relación á los hombres; el segundo con respecto á la religión.)

5. *Humiles*, débiles. (V. n. 7, pág. 120.)

6. *Divites et prepotentes*, que los hombres ricos y de mucho brazo. (La preposición *per*, en composición con adjetivos, suele darles fuerza de superlativos. Vid. not. 5, pág. 90.)

meliam projectum ¹. ; O, quàm contempta res est homo, nisi supra humana se erexerit! ² *Sen.*

Ne nimis citò diligere incipiāmus, neve non dignos ³. Digni autem amicitia sunt ii, in quibus ob virtutem inest causa cur diligantur. *Sueton.*

Secretò amicos admōne, lauda palām. *P. Syr.*

Si quis sapiens amicitiam tuēri velit, eōdem modo erit affectus erga amicum, quo ⁴ in seipsum; et eosdem labōres ejus causā suscipiet, quos propter se suscepērit. *Cic.*

Temere in acie versari ⁵, et manu cum hoste configere, immane quoddam, et belluarum simile est ⁶; sed cum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est, et mors servituti turpitudini- que anteponenda. *Cic.*

Avaritia pecuniæ ⁷ studium habet, quam nemo sapiens concupivit: ea, quasi venēnis malis imbūta, corpus, animumque virilem effeminat; semper infinita, insatiabilis est; neque copiā, neque inopiā minuitur. *Sall.*

1. *Projectum ad omnem contumeliam fortune*, expuesto á todos los ultrajes de la fortuna.

2. *Nisi erexerit se supra humana*, si no se hace superior á lo humano. (*Erigere se*, es propiamente elevarse, alentarse, levantar noblemente el espíritu; todo lo contrario de *abjicere*.)

3. *Ne incipiamus diligere nimis citò, neve non dignos*, no fijemos antes de tiempo nuestro cariño en los amigos, ni tomemos por tales á los que no sean dignos de serlo. (No olvidéis, jovencitos, esta prudente y saludable máxima, y os ahorraréis muchos disgustos y amarguras en la vida. En las frases que sirven para disuadir, se emplea la conjunción *ne* con subjuntivo, la cual no puede ser substituida por *non*. *Neve* es un compuesto de *ne*, y la enclítica *ve* contracción de *vel*; de modo que el sentido es: *vel ne incipiamus diligere non dignos*.)

4. *Quo in seipsum*, esto es, *quo erit affectus in seipsum*.

5. *Versati temere in acie*, el lanzarse temerariamente al combate. (El infinitivo desempeña en este pasaje el oficio de sujeto.)

6. *Est quoddam immane et simile belluarum*, es una especie de ferocidad en que se asemeja el hombre á las bestias. (Pudo decir *quoddam immanitas et similitudo belluarum*: la idea fundamental sería la misma, pero la frase perdería mucha parte de su vigor.)

7. *Pecuniæ*. Complemento de *studium*, no de *avaritia*.

¿Quid intērest inter naturam Dei et nostram? nostri melior pars ¹ animus est; in illo nulla pars extra animum. Totus ratio est. *Sen.*

Omnes homines, qui sese student præstare cæteris animalibus ², summā ope niti decet, ne vitam silentio transeant, velūti pecora, quæ natura prona, atque ventri obedientia ³ finxit. *Sall.*

Usus speculōrum hic est: formōsus, ut vitaret infamiam; deformis, ut sciret redimendum esse virtutibus ⁴ quidquid corpōri deesset; juvenis, ut flore ætatis admoneretur, illud tempus esse discendi, et fortia audendi; senex, ut indecōra canis deponeret ⁵, et de morte aliquid cogitaret. *Sen.*

Omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior, quàm cum viri boni, moribus similes, sunt familiaritate conjuncti. *Cic.*

Famæ damna majōra sunt, quàm quæ æstimari possint ⁶. *Tit. Liv.*

Cæca invidia est, nec quidquam aliud scit, quàm detractare virtutes. *Tit. Liv.*

1. *Melior pars nostri*, la parte más noble de nosotros mismos.

2. *Qui student præstare sese cæteris animalibus*, que desean aventajarse á los irracionales. (*Sese*, acusativo del recíproco, pleonásticamente repetido para hacer fijar más la atención sobre la idea del hombre.)

3. *Prona atque obedientia ventri*, con la cabeza inclinada al suelo, y esclavas de la gula. (*Prona* y *obedientia* son acusativos plurales en concordancia con *pecora*. *Animalia* se dice de todos los animales; *pecora*, de los que viven bajo el imperio del hombre; *pecudes*, de los que sirven para su sustento.)

4. *Redimendum esse virtutibus*, etc., que deben suplir las virtudes, etc.

5. *Ut deponeret indecora canis*, para que no ejecutase acción alguna indigna de sus canas.

6. *Damna famæ sunt majora, quàm quæ possint æstimari*, el menoscabo sufrido en la reputación es de tal importancia, que no pueden calcularse sus consecuencias. (Párese la atención en este notable latinismo, que sería imposible traducir á la letra. El relativo *qui* después de la conjunción comparativa *quàm*, se explica por *ut* y un pronombre ó un adjetivo demostrativo: *quàm quæ possint*; esto es, *quàm ut ea possint*. Analcese este ejemplo de Ovidio: "*Major sum quàm cui possit fortuna nocere*," esto es, *quàm ut mihi possit fortuna nocere*; soy demasiado grande para que pueda hacerme daño la fortuna. Vid. not. 1, pág. 126.)

Si vir bonus est is, qui prodest quibus potest, nocet nemini; certè virum bonum non facilè reperiemus. *Cic.*

Divitiarum et formæ gloria fluxa atque fragilis est: virtus clara eternaque habetur. *Sall.*

Facilius est paupertatem laudare, quàm ferre. *Sen.*

Nulla tam misera domus, quæ non inveniant in miseriore solatium. *Sen.*

Nemo parum diu ¹ vixit, qui virtutis functus est munere. *Cic.*

Quod cuique tempus ² ad vivendum datur, eo debet esse contentus. Breve tempus ætatis satis est longum ad bene honestèque vivendum. *Cic.*

Turpis est qui alto sole in lecto dormiens jacet, qui vigilare medio die incipit, qui officia lucis noctisque ³ pervertit. *Sen.*

Dolorem placidè et sedatè feres, si cogites quàm id honestum sit. *Cic.*

Si non ipso honesto movemur, ut boni viri simus, sed utilitate aliqua atque fructu, callidi sumus, non boni. *Cic.*

1. *Parum diu*, poco tiempo. (El adverbio *parum* modifica la idea del adverbio *diu*. El segundo parece á primera vista pleonástico; más si se para la atención, se verá que no es lo mismo *vivere parum*, que *vivere parum diu*. Lo primero expresa la idea de un modo absoluto; lo segundo de una manera relativa. El que murió de niño, *vixit parum*; de Cicerón, muerto á los 64 años de edad, no puede decirse *vixit parum*; pero los amantes de las letras tendrían razón en decir *vixit parum diu*. Vid. not. 2, pág. 18, y not. 1, pág. 59.)

2. *Quod cuique tempus*, etc., cada cual debe contentarse con la vida que se le concede. (Párese la atención en la estructura particular de esta delicada frase. El verbo principal tiene implícito el sujeto *quisque*, fácil de inferir por el complemento *cuique* del subordinado: el antecedente del relativo está igualmente tácito, pero se halla expreso el consiguiente. Esta es una de aquellas locuciones, cuyas palabras, si ha de salvarse la propiedad, tienen que sufrir alteración al reducir las al orden directo. En este sería preciso decir *QUISQUE debet esse contentus eo TEMPORE quod SIBI datur ad vivendum*. Vid. not. 1, pág. 86.)

3. *Lucis noctisque*, del día y de la noche.

ANÉCDOTAS

I

Amor á la patria.

Publius Decius, qui consulatum in familiam suam primus intulit, cum latino bello Romanam aciem inclinatam ¹ penè jam et prostratam vidèret, caput suum ² pro salute reipublicæ devovit, ac, protinus concitato equo ³, in medium hostium agmen, patriæ salutem, sibi mortem petens irrupit ⁴; factaque ingenti strage, pluribus telis obrutus, supercorruit: ex cujus vulneribus et sanguine insperata victoria emersit ⁵. *Val Max.*

II

Cum Atheniensium urbem triginta tyrannorum teterrimâ dominatione ⁶ liberare cuperet Trasybulus, parvæque manu maximæ rei molem aggrederetur ⁷, et quidam e consociis dixisset: "¿Quan-

INTERPRETACIÓN Y ANÁLISIS. 1. *Inclinatam*, decaído. (Expresión metafórica.)

2. *Caput suum*, su cabeza. (Su vida: metonimia.)

3. *Concitato equo*, metiendo espuelas al caballo.

4. *Irrupit in medium agmen hostium*, rompió por medio de los enemigos. (*Irrupit in*: los verbos compuestos de preposición suelen regir su complemento con la misma de que se componen.)

5. *Victoria insperata emersit*, resultó una victoria que no se esperaba.

6. *Teterrimâ dominatione*, de la horrosísima dominación. (*Teterrimus*, superlativo de *teter*, cuya formación en *rimus* es común á todos los que terminan el dominativo en *er*.)

7. *Aggredereturque molem maximæ rei parva manu*, y acometiendo una empresa tan difícil con un puñado de gente. (Párese la atención en esta manera de decir. Cuando lo requiere la importancia que las ideas tienen en el discurso, suelen los buenos escritores presentar como sujeto ó término de la acción del verbo lo que rigurosamente había de ser uno de sus complementos ó modificativos. Si hubiera dicho: *aggrederetur rem maximæ molis*, el pensamiento sería el mismo: pero la dificultad de la empresa no aparecería tan de relieve, viniendo entonces á ser accesorio lo que se considera como principal. A este tenor dijo Fedro: *Gula credens colli longitudinem*, en vez de *longum collum*.)